UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1657

Qua ratione obligetur pænitens ad circumstantias operis impositi à confessario, p. 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-41773

Visual Library

tione *a* præcepti Confeſſarii, *a Idem ib.*
quamdiu non recordatur, & memorem Confeſſarium conſulere non poteſt. Nec tenetur Confeſſionem repetere, ut iterum pœnitentiam recipiat. Quæ quidem vera ſunt, etiamſi culpabiliter, oblitus ſit pœnitentiæ; tunc enim ſatis erit *b* confiteri peccatum illius oblivionis culpabilis. Ratio horum eſt, quia non plus tale præceptum, ſaltem ſub morali, obligat, quam cæteræ leges, ac præcepta, ut ſupra dictum eſt: quæ dum ignorantur, obligare nequaquam poſsint.

b *Vaſ. cit. q* 94. *ar*. 1. *dub*. 4.

§. 5.

Qua ratione obligetur pœnitens ad circumſtantias operis impoſiti à Confeſſario.

14 SI impoſitum ſit v. g. recitare aliquot Coronas ante talem imaginem, vel flexis genibus;

genibus; an ſatisfaciat pœnitens ante aliam imaginem, vel ſtando, &c? Diſtinguendum eſt, *a* ſicuti ſolet diſtingui de voto *b* Quando enim res promiſſa eſt gravis, & circumſtantia levis, ut communiter eſt in dicto caſu, de recitatione coronarum ante talem imaginem; obligabitur pœnitens ad illam circumſtantiam, ſolum ſub veniali: at quando circumſtantia eſt gravis, ut ſi in tali imagine eſſet particulare obſequium, propter concurſum: vel aliud ſimile, etiam alicui videtur eſſe in recitatione coronarum flexis genibus: tunc obligabitur etiam ad illam circumſtantiam ſub mortali. Atque hinc etiam colliges. An liberetur pœnitens ab obligatione ponendi pœnitentiam quando non poteſt ponere circumſtantiam injunctam à Confeſſario. Regula enim deſumenda eſt ex ſimili paritate voti. *c* Et breviter

a *De Lug. cit n. 91.*
b *Suar. l. 4 in Dec. c. 12 n. 8.*
c *Ib. Sāc.*

per totum negotium colligendum eſt ex intentione confeſſarii? *d* imponentis pœnitentiam: ſi enim ex conjecturis colliges ejus intentionem ſolum fuiſſe ad ſubſtantiam operis, etiam ceſſante circumſtantia, dum hanc non potes, illam debes, ſecus non item. *d De Lug cit. n 94.*

CAPUT III.

De commutatione Pœnitentiæ.

§. 1.

An Pœnitens ſibi commutare poſſit pœnitentiam à Confeſſario injunctam.

25 DIco non poſſe. *a* Ratio eſt, tum quia nemo poteſt commutare præceptum Su- *a Sanch. Reg in Coninc, alii.*

perio-